se habere. Et quare non servis crea-
tori tuo? Respondit juvenis: O
domina mea supplico vobis ut
oretis pro me, ut deus donare dig-
netur mihi graciam suam, per
quam illi servire valeam. Et illa:
Velles ne ut ego orarem pro te?

Velles ne

Respondit juvenis: Vellem utique.
Tunc illa: Necesse est ut tu ad
graciam suscipiendam te habi-
lites similiter mecum orando
et sic libenter pro te orabo. Et con-
festim provolutis genibus in
loco competenti Monasterii in
Werde, in quo tunc erat, cepit pro
juvene attencius orare. Qui eciam
locum oracionis in eadem ecclesia
sollicite querebat, ut per hoc gra-
cie se habilitaret. Qui cum ali-
quamdiu oracioni pariter insiste-
rent, cepit juvenis alta voce
clamare: O domina cessate ab ora-
cione, quia jam totus deficio. Ni-
mio namque calore oracionis
illius succensus foris sudabat
et intus estuabat, brachia cum
reliquo corpore huc atque illuc
jactitando ita ut de effectu
sancte illius oracionis dicere pos-
set cum propheta: Factus est
quasi ignis flammigerans in ossi-
bus meis et defeci sufferre non
sustinens. Renera oracio humili-
antis se penetrat nubes et sicut
incensum [digitur] (dirigitur) in conspectu
divinitatis, cor peccatoris accen-
dens et illuminans. Et domina

? sp: simlr
+ Offeral. [illegible] te.

aliquandiu
lit'